



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

65. An qui fecit votum de ieunando tali die in pane, & aqua, toties peccabit mortaliter, quoties biberet vinum? Et an si promisit se in illa die nihil manducaturum nisi panem, & aquam; tunc quoties ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Religionis austeritates censetur cause iustae declarationis magis quam alius subesse; & quamvis aliquo modo valeat, & ad ieiunandum potens videtur tenetur tamen naturam fouere alimentis, ne tota simul deficiat, cum iam sit in aetatis ordinariae occasu, & declinat, vt potest in vltima decade, qua indiget cibo ad naturae deficientis fomentum, & conseruationem, ad quam iure naturae obligatur. Dispensatio itaque in puto metrae gratiae est, in sene est declaratio necessitatis ad naturae fomentum, ne deficiat.] Hucusque Marchant. cui adde sapientissimum Caramuelem in Regal. S. Benedicli, disput. 128. n. 1613.

3. Vnde, non obstante communi Doctorum sententia, quam in par. 1. tr. 9. resol. 16. adduxi, puto probabiliter cum Marchant. Regulares sexagenarios non tenent ad seruanda ieiunia Regulae. Et hanc sententiam esse probabilem, docet etiam, me citato, doctissimus Norbona in Annalibus inris an. 60. q. 2. n. 8. vide etiam Elcobar in Theol. mor. tract. 1. exam. 13. c. 3. n. 104. & me citato Pellizzarum in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. c. 5. n. 31. qui etiam contra Marchant. vbi supra, tenet, Regulares ante annum 21. aetatis expletum, non tenent ad ieiunia propriae Regulae, quod est valde notandum: & aliter ita sensisse doctos recentiores a se consultos. Factum haec probabile esse, sed communis sententia est in contrarium.

4. Et idem non desinat hic apponere verba Patris Lenardi à Murcia in qq. Regul. cap. 2. super cap. 3. Regulae D. Francisci, q. 2. n. 19 sic, me citato all. rentis. [Otrois Doctores tienn, que los viejos de sesenta años, que tienen fuerças y estan sanos, estan obligados a ayunar y que regularmente hablando hasta los sesenta años, no les escusa al ayuno ni estan libres de su precepto, por la necesidad de la viejez, y ni aun entonces, si tienen suficientes fuerças y estan sanos. Y la razon es, porque à los viejos les escusa la viejez del ayuno, porque ella, por si es enfermidad, y porque trae con siigo gran necesidad, y flaqueza; esta escusa en los viejos sanos, y fuertes; luego no les escusa el ayuno. Esta segunda sententia, absolutamente hablando, para todos los viejos de sesenta años, aunque no estan obligados al ayuno por voto, sino solo por Precepto de la Iglesia, parece algo rigurosa; pero para los que estan obligados por voto, como los Religiosos, y que estan fuertes, y sanos, es muy fundada: porque si los moços, que no han cumplido veinte y vn años, aunque tengan necesidad de crecer, y para ello demas frequente manjar, comunemente les obligan todos al ayuno, quando ellos se obligaron por voto à el, porque aunque tenían derecho à no ayunar, y à creerle, renunciaron por el voto, y lo pudieron muy bien hazer, y por el conseqüente quedaron obligados à ayunar; luego aunque los viejos de sesenta años tuuiesen derecho à reparar la naturalza; no ayunando, por auer renunciado esse derecho, por el voto les obliga el ayuno.] Ita ille.

5. Sed, si aliquis Regularis professus sexagenarius frangeret ieiunia suae Regulae, ego non auderem de peccato mortali damnare, itante probabilitate contrariae sententiae. Nota hic obiter mihi in tract. de ieiunio, res. 1. n. 2. non displicuisse sententiam aliquorum asserentium, non peccare contra praecipuum ieiunij, qui assumunt laborem incompatibilem cum ieiunio, ad hunc finem, vt non ieiunet, vt v. g. ludum pile venationem, &c. Et hanc sententiam me citato, docet Pasqualigus in Praxi dec. 320. Sed nunc hanc sententiam, ego non admitto, & contrariae adhaereo, per ea, quae docet Bossius in discept. mor. discept. 4. per totam. An verò supra dicta sententia sit admittenda, quando labor ille non assumetur in finem, vt quis non ieiunet: negatiuè respondet Bossius vbi supra, sed affirmatiuè ex Medina,

& Ledesma Dominicanis respondet nonissime Ioan. Henriquez in questionibus praedictis, sect. 16. q. 29. per tot. cui adde Doctores, quos citat, & sequitur, me etiam citato, Pasqualigus vbi supra, dec. 319. Vide etiam Villalobos in Summa, tom. 1. tractat. 23. diff. 4. num. 11.

RESOL. LXV.

An qui fecit votum de ieiunando tali die in pane, & aqua toties peccabit mortaliter, quoties biberit vinum? Et an si promiserit se in illa die nihil manducaturum nisi panem, & aquam, tunc quoties biberit vinum peccet mortaliter? Et an ita vouens frangat ieiunium, si cereuisiam bibat? Ex p. 1. tr. 9. Res. 4.

§. 1. Respondeo talem, si biberet vinum, peccare mortaliter: at eo bibito in ea quantitate notabili, vt frangat ieiunium, non est amplius peccatum id bibere. Attamen, si promiserit, se illa die nihil manducaturum, nisi panem, & aquam; tunc, quoties biberet vinum, peccaret mortaliter: quia toties frangeret votum negatiuum: & ita Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 45. & post illum Portiel. in addit. ad dubia regul. verb. ieiun. num. 4. Sed Bartholom. à S. Faustino in thes. Relig. lib. 1. q. 141. notauit, ita vouentem non frangere ieiunium, si cereuisiam biberet: quia verum vinum non est.

Quamuis non plene suffraget hac prima diff. lego tamen in t. 8. tr. 4. Res. 9. signanter in sum. & pro secunda diff. vide ibi, Res. 74. §. 1.

RESOL. LXVI.

An si quis, cum teneatur ieiunare in pane, & aqua, non possit nisi sumendo parum vini, aut obsonij sic adstrictus tali ieiunio? Et an vouens recitare septem Psalmos Penitentiales, si non potest integros recitare, teneatur ad partem? Vel in tali casu an teneatur ita vouens, si sciret tantum unum Psalmum ex septem Penitentialibus illum septem vicibus recitare? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Resol. 61.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sancius in selectis, disp. 5. num. 13. vbi ita ait: Si alicui sub poenitentia esset indictum vno die in pane, & aqua ieiunare, neque taliter posset, non etiam teneretur ieiunare modo consueto Ecclesiae, cum illud ieiunium, vt quid indiuiduum praecipitur. Sed tamen si posset ieiunium conficere sumendo parum vini, aut modicum quid obsonij, ad ieiunium fore deuinctum arbitror, cum per talem sumptionem vini, & obsonij non dissoluatur ieiunium in pane, & aqua.

Sup. hac poenitentia in tom. 1. tr. 6. Res. 9. §. vlt. cursum, ad lin. 4. vers. Item.

2. Sed si illud modicum obsonij, & vini reducat ad paruitatem materiae, quam etiam in die ieiunij in comestionem carnis concedimus, cum Tannero in 2. 2. D. Thom. disput. 3. quest. 1. dub. 5. num. 93. veram puto Sancij opinionem; sed si parum illud obsonij, aut vini superet materiae paruitatem, puto contra Sancium, aliquid in tali casu non teneri ad sic ieiunandum; quia non esset ieiunium in pane, & aqua, ad quod teneretur, & cum non possit, ab illo excusatur, & ad nihil aliud teneretur.

3. Hinc etiam contra dictum Sancium, num. 6. puto, vouentem recitare septem Psalmos Penitentiales, non potentem integros recitare, per ea, quae tenentur ad partem, eo quod materia indiuidua sit, & ita docet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 19. num. 4. Nec in tali casu teneretur ita vouens, si sciret tantum unum Psalmum ex septem poenitentialibus, illum septem vicibus recitare,

N A E
N I A
L. IV. V
III